

SECTIO V.

De Syndicis, Notariis, Assessoribus, Referendariis & Nuntiis Judicialibus.

SUMMARI A.

422. Ad Judicium veniunt Syndici. 423. Dicuntur interdum actores. 424. Describuntur. 425. & seq. Syndicus est persona publica. 427. Etiam Laicus potest esse Syndicus in causa spirituali. 428. Item in causa Monasterii. 429. & seqq. Designatur persona, Syndicum constituens. 433. & seq. Constituitur Syndicus ad negotia judicialia quacunque. 435. & seqq. Instar procuratoris obest & prodest communitati. 439. & seqq. Afferuntur causa ex quibus Syndici potestas expirat. 442. & seqq. Syndicus ali-

cujus communitatis Ecclesiastica potest a solo Praelato revocari. 445. & seq. Etiam Notarii veniunt ad Judicium. 447. Eorum Synonyma. 448. & seq. Qualitates. 450. Officium & obligatio. 451. Veniunt insuper Assessores. 452. & seq. Eorum tituli. 454. Requisita. 455. & seq. Officium. 457. & seq. Veniunt quoque Referendarii. 459. Eorum Officium. 460. Utilitas. 461. Veniunt denique Nuntii. 462. & seq. Sunt sancti & veraces. 464. Admittitur contra eorum dicta probatio in contrarium.

§. I.

De Syndicis.

422 **A**D personas, secundario venientes ad Judicium, tercio revocantur Syndici, tanquam procuratores generales, non hominum singularium, sed integre communitatis aut universitatis per textus in cap. cum causam 6. de

423 **F**oram. caluum. Nov. 123. cap. 27. Dicuntur etiam actores Universitatum seu Civitatum in l. nec civitatis 7. ff. de Procurat. l. neque societas §. 1. ff. Quod cuiusque Universit. nom. Licet in sensu strictiore actor appelletur, qui non ad genus causarum, sed ad unam vel alteram causam peculiarem deputatur ab ipso Syndico arg. l. neque 1. Cod. de Procurat. Struv. exercit. 7. ib. 40.

424 Describitur Syndicus à Lauterbach in disputatione de Syndico (habetur in Disputat. Tubingens. Vol. 1. N. 25.) ib. 13. quod sit persona publica, ab Universitate ad omnes ejus controversias administrandas constituta.

425 Dixi I. persona publica: est enim hodie in plerisque locis officium Syndici non vulgare, sicuti quondam de Jure Romano; sed eminent, conspicuum, ac dignitate præcellens: presertim in Capitulis Ecclesiasticis, ac Civitatibus Imperii, ubi Syndici Consiliariorum partes sustinent Lauterbach cit. l. ib. 97. quin etiam ut Cancellarii, linguæ, aures, & oculi Civitatum respiciunt ur. Knippfchildt de Civitat. Imperial. lib. 5. cap. 4. n. 18.

426 **I**nde est, quod hodie singularis Jurisperitia, natalium honestas, & ex fere qualitates, quas requirimus in Judice vel Assessore, requirantur 427 in Syndico. Lauterbach. d. l. ib. 51. Num verò Laicus, an Clericus sit Syndicus, ab Ecclesiastica communitate, tam in spiritualibus, quam profanis causis assumendus, nihil interest: quandoquidem etiam Laicus procuratorio nomine causas spirituales tractare valet. cap. non in discreto 1. in pr. de Procurator. in 6. Pafserin. ib. n. 2. & seqq.

428 **I**mò in causis Monasteriorum expedit, assumere Syndicos Laicos, si possint idonei, fideles, ac sinceri, sine periculo rei familiaris aut jurium communium, inveniri juxta cap. un. de Syndico: expedit enim, ut ibi loquitur Gregorius Papa, pro parvo incommodo à strepitu causarum Servus DEI esse quietos. Gonzalez ibid. n. 12. Dixi II. ab Universitate constituta. Cum enim Universitas quæ talis, seu in corpore congregata, sine peculiari difficultate nequeat per seipsum in judicio alium convenire, vel ab alio conveniri: Syndicum constituat, opus est per l. neque Societas §. 1. verb. oportet ff. Quod cuiusque Universit. nom. Eleganter Miller ad Struv. exercit. 7. ib. 39. lib. 6. Opus 430 est quoque, ut Syndicus ab ipsa Universitate, saltem quoad duas partes seu tertias congregatâ, ex consensu majoris partis deputetur. l. nulli 3. & seqq. ff. d. v. Brunn. ib. n. 1. Vel 431 deputetur ab illis, qui Universitatem representant, quales sunt Consules, Senatores, Decuriones l. item eorum 6. §. 1. ff. eod. ibi: parvi enim refert, ipse Ordo dederit, an is, cui Ordo negotium dedit. Brunnem. ib. n. 1. Lauterbach. cit. disp. de Synd. ib. 31. Stryck in usu mod. pand. ad cit. tit. §. 8. Quoddò communitas aliqua, sive Ecclesiastica sive profana, habeat bona & iura, à Prælato vel Rectore separata, Syndicum autoritate propria, sine Prælati vel Rectoris auctoritate constituere potest per cit. l. neque Societas §. 1. ff. Quod cuiusque Universit. Clariff. P. Schmalzgrueber ad tit. de Synd. sub. n. 2. Dixi III. ad omnes ejus controversias. Itaque 433 Syndicus ex officio suo non constituitur ad negotia non-controversia seu extrajudicialia (hæc siquidem curare, spectat ad Oeconomos Ecclesiarum, aut administratores Camerae. P. Engel ad cit. tit. n. 2. Miller ad Struv. d. exercit. 7. ib. 40. lib. 6.) Sed ad controversias & 434 acta judicialia, sine distinctione, qualia sunt, civilia vel criminalia, parvi vel majoris momenti, presentia vel futura per l. item eorum 6. §. 1. in f. ff. d. t. Lauterbach. cit. disp. ib. 57. 58. 63. & seq. Stryck ubi supra n. 2. Dixi IV. administranda. Administrat aut 435 tem

inveniri juxta cap. un. de Syndico: expedit enim, ut ibi loquitur Gregorius Papa, pro parvo incommodo à strepitu causarum Servus DEI esse quietos. Gonzalez ibid. n. 12.

Dixi II. ab Universitate constituta. Cum enim Universitas quæ talis, seu in corpore congregata, sine peculiari difficultate nequeat per seipsum in judicio alium convenire, vel ab alio conveniri: Syndicum constituat, opus est per l. neque Societas §. 1. verb. oportet ff. Quod cuiusque Universit. nom. Eleganter Miller ad Struv. exercit. 7. ib. 39. lib. 6. Opus 430 est quoque, ut Syndicus ab ipsa Universitate, saltem quoad duas partes seu tertias congregatâ, ex consensu majoris partis deputetur. l. nulli 3. & seqq. ff. d. v. Brunn. ib. n. 1. Vel 431 deputetur ab illis, qui Universitatem representant, quales sunt Consules, Senatores, Decuriones l. item eorum 6. §. 1. ff. eod. ibi: parvi enim refert, ipse Ordo dederit, an is, cui Ordo negotium dedit. Brunnem. ib. n. 1. Lauterbach. cit. disp. de Synd. ib. 31. Stryck in usu mod. pand. ad cit. tit. §. 8. Quoddò communitas aliqua, sive Ecclesiastica sive profana, habeat bona & iura, à Prælato vel Rectore separata, Syndicum autoritate propria, sine Prælati vel Rectoris auctoritate constituere potest per cit. l. neque Societas §. 1. ff. Quod cuiusque Universit. Clariff. P. Schmalzgrueber ad tit. de Synd. sub. n. 2.

Dixi III. ad omnes ejus controversias. Itaque 433 Syndicus ex officio suo non constituitur ad negotia non-controversia seu extrajudicialia (hæc siquidem curare, spectat ad Oeconomos Ecclesiarum, aut administratores Camerae. P. Engel ad cit. tit. n. 2. Miller ad Struv. d. exercit. 7. ib. 40. lib. 6.) Sed ad controversias & 434 acta judicialia, sine distinctione, qualia sunt, civilia vel criminalia, parvi vel majoris momenti, presentia vel futura per l. item eorum 6. §. 1. in f. ff. d. t. Lauterbach. cit. disp. ib. 57. 58. 63. & seq. Stryck ubi supra n. 2. Dixi IV. administranda. Administrat aut 435 tem

Dixi III. ad omnes ejus controversias. Itaque 433 Syndicus ex officio suo non constituitur ad negotia non-controversia seu extrajudicialia (hæc siquidem curare, spectat ad Oeconomos Ecclesiarum, aut administratores Camerae. P. Engel ad cit. tit. n. 2. Miller ad Struv. d. exercit. 7. ib. 40. lib. 6.) Sed ad controversias & 434 acta judicialia, sine distinctione, qualia sunt, civilia vel criminalia, parvi vel majoris momenti, presentia vel futura per l. item eorum 6. §. 1. in f. ff. d. t. Lauterbach. cit. disp. ib. 57. 58. 63. & seq. Stryck ubi supra n. 2. Dixi IV. administranda. Administrat aut 435 tem

Dixi IV. administranda. Administrat aut 435 tem

tem Syndicus Universitatis causas eodem fere modo, quò procurator generalis cum libera arg. d. l. item eorum 6. §. ult. Gail lib. 2. observ. 72. n. 11. & seq. Lauterbach d. l. ib. 87. P. Kö- 436 nig ad tit. de Syndico n. 5. Cui consequens est, quòd Syndicus, non minus ac procurator generalis cum libera, communitati prosit vel obstat arg. l. utilitatem 1. §. 1. ff. de Exer. cit. att. l. si procurator 10. Cod. de Procurator.

437 Debetque sibi communitas imputare, quòd solertiorum & diligentiorum Syndicum non elegerit arg. l. sed et si 7. §. 2. in fin. ff. de Inst. att. Knippfchildt de Civit. Imper. cit. lib. 5. cap. 5. n. 438 11. Lauterbach d. l. ib. 92. Nihil interim dicendò, quòd, cum Syndicus sit officialis & Minister Universitatis, ejus negligentia Principali & Domino nocet. Balbus de Præscrip. 2. parte. §. principal. q. 3. concl. 2. n. 8. Card. Tuschus lit. S. concl. 64. n. 15. 45. & 50. Vultejus Pol. 2. Marpurgenf. Consil. 30. n. 183. & 292. Schurff. cent. 3. conf. 89. ac officialium scientia quoad administrationem & cæteros actus pro scientia domini reputetur Balbus d. l. part. 4. princ. q. 29. in f. Tuschus d. l. concl. 64. n. 15. 45. & 50. Peregrinus de Jure Fisci lib. 6. tit. 8. n. 27. Knippfchildt d. l. n. 12. Myler ab Ehrnbach. de Officialib. c. 10. §. 5. n. 26.

439 Si petas: ex quibus causis officium Syndici finiat? Resp. J. Crus in d. l. item eorum 6. §. ult. ff. de

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

Quod cuiusque Universitatis. nom. illud finiri ex iisdem causis, ex quibus officium procuratoris finitur. Quod tamen non sine 440 limitatione debet accipi: siquidem nec finit à causâ judicialiter ventilatâ; nec morte constituentium (nam communitas nunquam moritur l. sicut 7. §. 2. ff. d. t.) expirat. De 441 revocatione tradit Lauterbach d. disp. de Syndico ib. 100. eam non aliter fieri posse, quam si contentiant, à quibus Syndicus erat constitutus: quia nempe ex regula cap. omnis 1. de R. F. & l. nihil tam 35. ff. eod. omnis res ex iisdem causis, ex quibus fit, dissolvi solet. Ve 442 rùm id solum admiserim in communitatibus profanis, aut etiam Ecclesiasticis, quando Syndicus à solo Capitulo eligitur. At quando Syndicus à Capitulo simul & Prælato assumitur, à solo Prælato revocari potest, ut docent Abbas in cap. un. h. t. n. 6. P. Engel in f. P. König ib. n. 7. P. Schmalzgrueber ib. sub. n. ult. Cujus ratio est: quia, ut supra à n. 140. 443 probatum est, Prælatum se solo potest agere in causâ Ecclesiæ: consequenter etiam se solo Syndicum revocare, & causam per se vel alium tractare potest. Nec omnino 444 da paritas est in constitutione & destitutione Syndici: nam, ubi Syndicus semel est constitutus, non tantum Prælato, sed etiam Capitulo nocere potest: sed, ubi destitutus & officio remotus est, nocendi facultatem perdit.

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

§. II. De Notariis.

445 **A**D Personas, secundario presentes Judicio, referuntur quare Notarii, quos à voce Notæ sic vocatos esse, scribit Blumius in prolog. Cam. tit. 13. num. 1. Notæ autem erant cetera signa seu characteres, quibus olim in compendio & quasi abbreviatè scribebatur, ac plerumque dicta loquentium, tum intra tum extra Judicium, mirâ quâdam celeritate excipi 446 solebant. Has notas sigla (id est, sigilla, aut parva signa) appellat Justinianus in l. tanta 2. §. 22. Cod. de V. l. E. ac Leges suas per ea scribi prohibet. Blum. d. l.

447 Aliò hominè dicuntur Notarii Scriba Publici, quia ea, quæ publicè fiunt, autoritate publicâ conscribunt; Notarii, dum acta, dicta, & gesta judicialia notant; Tabeliones, cum annotationes suas tabulis antiquitus inferere consueverint; Protocollista, eò quòd modernò tempore protocollum, seu librum Actorum, habeant, ac in eo congerant omnia, quæ vel in Judicio, vel extra, dicuntur, aut fiunt, D. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 20. n. 1.

448 In Notariis hinc requiritur non tantum fides & diligentia, quam, si Notarii, publicâ auctoritate creati sint, juratò promittere tenentur ex constitutione Maximiliani I. Colonie

449

450

451

452

453

454

455

§. III. De Assessoribus.

445 **Q**uintò ad personas, Judicium integran- tes, revocantur Assessores, ab assidendo, P. SCHMIEB JURISB. CAN. CIV. TOM. II. F

446

447

448

449

450

451

452

453

454

sterent Judici, Jura suggerendò, consilium dandò, auxilium praestandò l. omne officium 1. l. consiliario 5. ff. l. studiorum 1. Cod. de Offic. Assessor.

- 452 Dicebantur aliter de Jure Veteri; aliter de Jure hodiernò. De Jure Veteri dicebantur consiliarii & consiliatores d. l. consiliario 5. ff. l. consiliarios 3. Cod. de r. consiliorum participes l. studiorum 1. Cod. de r. studiosi Juris d. l. omne officium 1. ff. & l. studiorum 1. Cod. de Offic. Assessor. focii Judicis leg. un. Cod. Si Rector provinc.
- 453 Jure hodiernò dicuntur quidem in Camera Imperii ad huncmodum Assesores, Beysser; at in Judicio Imperiali Autico Reichs Hof Ráthe; alibi Hof Gerichts Ráthe; alibi Ráthe; in nonnullis locis Regimentes oder Regierungen Ráthe; saepe Scabini, die Schöffen oder Schöppen nuncupantur. Miller ad Struv. exercit. 4. th. 46. D. Fleck. cit. lib. 5. tit. 19. n. 5.
- 454 Illi, qui Judices, etiam Assesores agere

possunt; dummodò, si ad superiora Dicasteria aspirant, aut natalibus aut literis sint nobiles: in plerisque enim majores Principum curis Assessorum seu Consiliatorum duo sunt scamna, unum, in quo nobiles ex sanguine; alterum, in quo literarum peritià & gradu insignes collocantur. Fleck. cit. l. n. 9.

Officium Assessorum Jure Romanò juxta cit. l. omne officium 1. ff. de Offic. Assess. in his fore causis & capitibus consistebat; in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis. Miller cit. l. pag. m. 188. Jure hodiernò, ut scribit Lauterbach ad cit. tit. ff. §. 3. Assesores veri Judices sunt, & sententias dicunt; & ut tradit Fleck. d. l. n. 11. non nudam cognitionem, sed Jurisdictionem quoque & causarum decisionem habere videntur; specificam tamen eorum potestatem ex ipsi Dicasteriorum ordinationibus desumendam esse, monet Stryck. in usu mod. pand. cit. tit. §. un.

§. IV.

De Referendariis.

- 457 Extò in numerum personarum Judicialium Referuntur Referendarii, à referendo, seu narrando, & informando sic nominati, ac tempore Justiniani Imperatoris, ut patet ex Nov. 10. jam jam usitata. His à Præfidiis Dicasteriorum aut Judicibus, multitudine causarum obrutis, acta partium litigantium discutienda, ponderanda, ac pensanda committuntur, eò fiat, ut postmodum eorum substantiam, rationes, & merita referant, sicque Judicem & Assesores instruant ad ferendam sententiam. Mathias Stephani ad cit. Nov. num. 2.
- 459 Itaque officium Referendariorum idem ferè est, atque officium Judicum; præterquam quòd illi de meritis causæ duntaxat cognos-

cant, & referant; Judex autem sententiam pronuntiet. Eapropter eadem qualitates, quæ in Judice, etiam in Referendario requiruntur; quæve superius de obligatione Judicis quoad sententiam, conscientiam, ac sententiam &c. dicta sunt, pari vix non ratione Referendariis applicari debent.

Ut tales Referendarii in magnis tribunalibus constituantur, usque salarii locò sportulæ assignentur, magnopere exoptat Fleck. cit. tit. 19. n. 6. eò quòd processum & litium immortalitas hæc via impeditur, tòtò de protracta justitia querelæ non amplius audientur. Magis particularia de munere Referentis utilissimè legi poterunt in libello, cui titulus: Praxis Imperialis Austriacæ Compensium.

§. V.

De Nuntiis Judicialibus.

- 461 Septimò personis Judicialibus associari possunt Nuntii, Pedellii, Viatores, & Ministri Judiciales, publicà autoritate, & cum prævio juramento ad hoc constituti, ut litigantes in jus vocent, mandata Judicialia perferant, processus actusque Judicarios jussu Judicis exequantur. D. Blum. de Proc. Cam. tit. 18. & 19. D. Fleck. d. l. 3. tit. 21. n. 1. & segg.
- 462 Hæ personæ duplici prerogativà circumstantur, sanctitatis & veracitatis. Sanctitatis: quia sanctæ, atque ab omni malignorum hominum violentia specialiter exemptæ sunt quoad actus, quos peragunt ex officio arg. l. ult. ff. de Legation. Lauterbach in dissert. de Nuntio (habetur in disp. Tubingens. Vol. 1. num. 19.) th. 63. Clariff. D. Franz ad l. 2. Inst. t. 1. n. 15.
- 463 Veracitatis etiam: cum earum asserzioni ra-

tione functionum & expeditionum suarum, tum propter juramenti religionem, tum propter necessitatem publicam, tamdiu habeatur fides, quamdiu adversarius contrarium non ostenderit arg. cap. cum parati 19. de Appellat. ubi Panormit. n. 4. & 12. Barbosa n. 4. Gonzalez sub n. 3. Gall. 1. ubi 54. n. 4. Lauterbach d. disp. th. 58. Fleck. cit. tit. num. 5. Exceptionem cum cit. Panorm. in cap. citat. 464 num. 12. & Lauterb. d. th. n. 18. & segg. ponit P. Engel ad tit. de Libelli oblat. n. 11. quòd, si persona spectabilis & in dignitate constituta fuisset citata, & illa juramentò assereret, nunquam sibi citationem fuisse intamatum, illi magis, quam nuntio seu curiori credendum foret. Quæ exceptio plane rationabilis est.

CAPUT III.

De Loco Judicii, seu Foro competenti.

Non solum Actoris, & Rei, sed & omnium personarum, ad Judicium concurrunt, scire interest, in quoniam Loco seu Foro Judicium institui possit, aut debeat: alioquin perlate accidet, ut Judex injuste judicet; Agor in casum agat; Reus inanibus expensis vexetur; Advocatus male patrocinetur; Procurator incaute causam expediat. Quandoquidem ergo Personas, in Judicio comparare solitas, tum principales, tum minus principales, juxta ordinem spectandas, dedimus; Forum quoque, his ipsis Personis considerandum, nunc exhibemus.

SECTIO I.

De Foro in genere.

SUMMARIUM.

1. Etymologia Fori. 2. Homonymia. 3. Synonymia. 4. Descriptio. 5. & 6. Aliud internum, aliud externum. 7. Aliud competens & incompetenti. 8. Hæretur forum defuncti. 9. Defensor Forum sui principalis. 10. Uxor Forum mariti. 11. Libertus Forum Patroni: servus tam proprie quam imprope talis, Forum Domini. 12. Forum aut jure communi, ex quadruplici causa, aut jure speciali acquiritur.

§. I.

Quid sit Forum?

- F**orum, seu Forus (utraque enim terminatio apud Autores probatos invenitur) vel à fando dicitur, quia in foro fari solemus; vel à Furano Rege, qui primus Legem Græcis dedisse fertur ab Ilidoro in cap. Forus 10. de P. S. vel à ly foras, quia in Forum quasi foras merces & domibus venales in- & eferuntur. Gonzalez in cap. quanto 3. h. t. n. 7.

- Forum nomen homonymum est, ac I. denotat locum negotiationis, contractuum, & mundinarum l. & qui 6. ff. de Procurat. l. inter 83. §. 5. ff. de V. O. II. locum, in quo spectacula exhibentur. Cicero in Orat. 9. in Verrem. III. locum, è quo spectacula videntur; Mynsing. apud Millerum loc. cit. IV. locum, in quo Jurisdicção exercetur, vel lites & negotia controversa ventilantur. Miller ad Struv. exercit. 9. th. 13.
- In quarta & propria significatione Forum aliquando vocatur auditorium l. lecta 40. in pr. ff. de R. C. l. contra 54. §. 1. ff. de Re judic. Nov. 82. cap. 1. §. 1. Aliquando audientia l. cum Clericis 25. in pr. Cod. de Episcop. & Cleric. rubr. & r. r. Cod. de Episcopali audientia. Aliquando jus l. pen. ff. de J. & J. Aliquando Jurisdicção arg. t. i. Cod. de Jurisdic. & foro compet. Aliquando tribunal competens l. sed & ba. 35. §. 2. ff. de Procurator. Miller cit. loc.
- Forum describitur communiter, quòd sit locus, in quo controversiæ Judiciales discutuntur; seu, quòd sit locus exercendæ litigationis, ut loquitur D. Ilidorus in cit. cap. Forus 10. de P. S. seu, ut dicitur Cuiacius, quòd sit locus publicus, in quo jus dicitur, vel judicatur. Quæ descriptiones, cum planè sint, ulteriori explanatione haud egent.

§. II.

Quotuplex sit Forum?

- F**orum dividitur I. à nonnullis in internum & externum. Internum, quod etiam Forum poli dicitur, est, in quo, remotis arbitris, quilibet sibi ipsi acculator, reus, testis, advocatus, & Judex est. Externum, quod etiam Forum Fori nuncupatur, est, in quo causæ contentiosæ Jurisdictionis à personis numericè distinctis ventilantur.
- Hæc distinctio, quantumvis ad præsens insti-

tutum, in quò de Foro externo tractamus, parum conferat; id tamen utilitatis per se habet, quòd Forum unum cum altero conciliari, ac ea, quæ justa sunt in foro externo, justa etiam regulariter in interno Foro reputari debeant.

Forum dividitur II. in competens & incompetentens. Competens est, in quo reus conveniri potest, aut debet. Incompetens est, in quo